

Perciò l'Haw-
wood mandò con-
tro gente a rintu-
zare il nemico.

Passaggio dell'O-
glio,

e del Mincio.

Il Veronese è tutto
sott'acqua, ché i
Visconti avevano
abbattuto gli argi-
ni dell'Adige.

L'esercito potè
tuttavia mettersi in
salvo.

Se si pensi alle
difficoltà dell'im-
presa, alla superio-
rità del nemico, de-
veni concedere che
la vittoria fu della
Lega.

Il Visconti te-
me impegnare bat-
taglia campale, e
temporeggia.

captasse se occasionem existimantes qua nostrum exercitum dele-
rent, cum certa pars amnis transgressa sit, reliquum^(a) aggredi a
tergo instituunt. dux noster, cui nichil eorum que apud hostes
fierent inexploratum nichilque eorum que fieri possent incautum
erat, funditores et cetera impedimenta preire iubet eosque in adversa
fluminis ripa locat, admonens ut, cum primum hostes sese proximos
fecerint, sagittis et omni tormentorum genere procul abigant; signa
deinde et reliquum exercitum traducit^(b). illi, ut conceperant, reli-
quias et robur exercitus, quod ad ceterorum tutelam postremo di-
missum erat, cum ingenti clamore precipites petunt; nostri e contra
animose se offerunt; quorum virtute et multitudine telorum repulsis
hostibus, ipsi incolumes transgressi sunt cumque universo exercitu
iter properant. Mintium^(c) post se relinquunt et in agrum Vero-
nensem veniunt, ubi cuncta, quoniam hostes Athesis ripas disie-
cerant ut redeuntem exercitum vie laterent, aquis plena comperiunt.
ipsi nichilominus difficile iter subeunt, prosequentibus hostibus,
quoadusque commode potuerunt^(d), et multas aquas emensi, supe-
rato Athesi, sospites integra signa retulerunt. quod si spectentur
in nostris difficultates itinerum, paucitas militum omniumque rerum
inopia, atque inde tute et tranquille hostium stationes, plurima^(e)
militum multitudo promptaque commeatuum^(f) copia, ac provo-
catis hostes pugnam refugisse, facile quivis dixerit exercitum no-
strum, ut incolumem, ita victorem rediisse. id sibi victorie gloriam
minuit quod nunquam suprema belli fortuna tentata est, cuius rei
culpa ad auctorem suum referatur, qui in tanta rerum imparitate
superior, nedum provocare hostem, sed ne provocatus quidem et
pene coactus pugnam inire ausus sit. non videntur siquidem michi
hi gradus occupande illi victorie subiciendeque spes ulla Italie; sed
nunquam^(g) extremo certamini crediturus se est. tentat cunc-
tando vincere, sed existimat^(h) liberos populos resque publicas et
principes, in quibus omnium subditorum voluntates site sunt, am-
pliores diuturnioresque impensas laturus, sui que unius aut morte aut
mala valitudine omnes conatus defecturos, qui in populis, usque-

(a) C Mur. R amnem-reliquam Ra reliquos nostros (b) P tradunt Ra traducunt
(c) Codd. Entlam (d) B C G P T poterunt G Ra in marg. potuerunt (e) Mur. plu-
rimorum (f) B P Ra commeantium (g) Mur. si numquam (h) P sed extimat